Edition

1a. Reformationsbüchlein für Kronstadt und das Burzenland Lateinische Fassung (Druck)[a]

1543

Reformatio[1] ecclesiae Coronensis ac totius Barcensis provincae[b2] M. D. XLIII. | A 2 r |[c]

[a] Textvorlage A (Druck Kronstadt 1543): Bibl Brukenthal Hermannstadt, Tr. XVI/225. Abdruck: DÜCK, Kronstädter Gymnasium, Anhang S. 1–22; TRAUSCH, Aktenstücke, S. 25–41 Nr. 1; NETOLICZKA, Schriften, S. 11–28 (A mit B). Teilabdruck: TEUTSCH, Schulordnungen I, S. 2f. Moderne Übersetzung: GROSS, Honterus-Schriften, S. 11–29; BINDER, Honterus, S. 169–186; Teilabdruck: WAGNER, Quellen, S. 106–111. Textvorlage B (Druck Wittenberg 1543): Siebenbürgische Bibl Gundelsheim, G III 222. Abdruck: Reformatio Ecclesiae Coronensis.

[b] B: provinciae, cum praefatione Philippi Melanthon. Wittenbergae anno.

[c] In B auf fol. A I v – A II v vorangestelltes Vorwort: Philippus Melan[thon] s[alutem] d[icit]. Inde usque ab initio, postquam exorta sunt imperia, gentes omnes inter se ferro grassatae sunt et subinde mutationes regnorum tristes et luctuosae facte sunt. Primum Babylonii, postea Assyrii, deinde Persae regnarunt. Hos secuti sunt Graeci, deinde Romani, mox Parthi, deinde Sarraceni seu Arabum latrones, mox Turci procul ex Caucasi iugis educti. Inter hos gentium tumultus et inter has regnorum ruinas res ipsa ostendit semper duriter quassatam esse Dei ecclesiam. Nam ut bella et urbium excidia fatales poenae sunt scelerum, idolomaniarum, libidinum, crudelitatum inter gentes, ita et ecclesiae delicta puniunt. Sed illud est piis diligenter considerandum, cum bella pariter grassentur in impias gentes et ecclesiam, Epicurei existimant inane nomen esse ecclesiam Dei nec ullam partem generis humani Deo curae esse. Sed nos, qui testimonia de ecclesia omnium temporum certo consilio Dei tradita, inde usque ab initio in scriptis propheticis tenemus, discamus ex superioribus exemplis Deum semper reliquias sibi, ut ita dicam, excerptas ex prophana multitudine servasse et per has instaurasse et ecclesiam et doctrinam, sicut in diluvio servavit familiam No- | A II r | hae, ut instaurandae ecclesiae seminaria essent. Sic, cum gens Iudaica abduceretur in Chaldeam, servati Daniel, Zacharias et magna multitudo. Sed illud est deplorandum, non saepe vetus flos restituitur post illas insignes mutationes. Post diluvium quanta humani generis imbecillitas, quanta terrae deformitas secuta est. Ita post reductam gentem Iudaicam ex Chaldea nunquam splendor regni talis fuit, qualis fuit Davidis aut Ezechiae tempore.

Discamus ergo has regnorum mutationes poenas esse peccatorum nosque ad poenitentiam et pietatem excitemus, ut Deus mitiget poenas et nos inter suas reliquias servet. Maxime vero hi, que in tali dissipatione ecclesias gubernant, hanc consolationem populo proponant, ne existiment prorsus abiectum esse a Deo universum genus humanum, sed in his tantis malis portum aliquem prospiciant, cogitent exempla omnium temporum et calamitatum causas et ecclesiam luctantem inter has aerumnas et confugiant ad vocem evangelii sciantque ibi mansuram ecclesiam, ubi Deum adesse, exaudire, servare reliquias et coetum aliquem, ubi manet vox evangelii, sicut Christus clare testatus est Ioh. XV [7]: Si manseritis in me et verba mea manserint in vobis, quidquid volueritis, petetis et fiet vobis. Nec profe- | A II v | cto sanis mentibus ulla consolatio alia proponi potest, in qua acquiescant praeter hanc doctrinam, quae ostendit hunc portum, videlicet Christum.

Quid prodest polliceri Pannoniae, quae tot seculis pro nobis arma gessit, mutuam et debitam defensionem? Quid prodest recitare fatalia excidia omnium imperiorum? Quid prodest deplorare communem humani generis conditionem, quod universum morti et variis fortunae casibus obnoxium est, ut dicitur in poemate: Constat aeterna positumque lege est, ut constet genitum nihil [Boetius, Consolatio Philosophiae II, 115 = P 263, Sp. 676; vgl. Thesaurus Proverbiorum 2, S. 177]. Haec non levant luctum, sed portus monstrandus est, quis finis aerumna-

[1] *Reformatio* hier zunächst als „technischer Ausdruck im Sinne von 'zur richtigen Form bringen'"; zum Wortgebrauch („was verstand Honterus unter Reformatio?") vgl. CSEPREGI, Auffassung, S. 10–13, TRE 28, S. 391–393.

[2] Der Verwaltungsbezirk (districtus, terra) Burzenland mit dem Vorort Kronstadt.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/eko24/0195
© Heidelberger Akademie der Wissenschaften